de Rotenkirche, Conradus Gabeler de Ebingen, Thomas de Iuterbok, Conradus de Nurenberga, Laurencius de Storko, qui iuxta consuetudinem facultatis documentis sufficientibus suam docuerunt paupertatem petiveruntque dimissionem burse tam pro exercicio quam signeto propter deum in presencia tocius facultatis, quam et obtinuerunt graciose.

Item eadem die quinque petiverunt dilacionem burse a facultate, quam et obtinuerunt usque ad festum Philippi et Iacobi, infra quod omnes effectualiter satisfacient, et sunt hii Georgius de Premßlavia, pro quo fidem dedit mgr. Matheus de Premßlavia, Caspar Weishan, pro quo fidem dedit mgr. Witchenaw, Georgius de Weiden, pro quo fideiussit mgr. Iohannes Weiden, Andreas de Plana, pro quo fidem dedit mgr. Georgius de Awsigk, Iohannes de Rotenkirche, pro quo fidem dedit mgr. Martinus Conitcz. Mai 1.

Item anno, quo supra, in die sancte Cecilie virginis assumptus est ad consilium facultatis mgr. Paulus de Wat servatis statutis desuper editis et confectis. Alia singnata sunt in libro papireo. Nov. 22.

1478 Sommersemester. 138. Decan Iohannes Taymuth von Naumburg II.

Decanatus[1]) magistri Iohannis Taymuth de Nûmburgk, in decretis baccalarii, collegii principis collegiati, Nûmburgensis, Czitczensis Misnensisque ecclesiarum canonici et cantoris, de natione Misnensium. Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo Sabatho ante Georgii electus fuit in decanum facultatis arcium secundario magister Iohannes Taymuth etc. de natione Misnensium. 1478 Apr. 18.

Clavigeri mgr. { Heinricus de Stendalia / Heinricus Klein } de natione { Saxonum / Bavarorum.

Executores statutorum mgr. { Iohannes Crosßenn / Heinricus Klein } de natione { Polonorum / Bavarorum.

Taxatores { decanus mgr. Iohannes Taymuth / mgr. Iohannes Hassenfeldt / mgr. Heinricus de Stendalia / mgr. Thomas Iawer } electi secundum continenciam statuti noviter sub decanatu magistri Heinrici Thime de Freyenstadt confecti et concorditer approbati.

Anno, quo supra, quarta feria in festivitatibus Penthecostes electi fuerunt per sortem examinatores baccalariandorum de quatuor nationibus magistri subscripti: Mai 13.

M 99. Examinatores baccalariandorum { mgr. Iohannes Brandt, protunc rector / mgr. Iohannes Lobaw / mgr. Richardus Tzellis / mgr. Leonardus Messenbergk } de natione { Bavarorum / Polonorum / Saxonum / Misnensium,

per quos admissi sunt subscripti baccalariandi numero viginti:

[1]) Die Wörter der Ueberschrift abwechselnd roth und blau geschrieben.